



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 13. Platonis locus co[n]uersus à Cicerone in Horte[n]sio, in quo
Marsilius leuiter lapsus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

dixisset Crito nauem eo die è Delo appulsuram; ideo-
 que ipsi posttridie è vita migrandum fore: Atqui, in-
 quit, ô Crito, bene eueniat: si ita diis amicum est, ita
 esto. ego tamen eam hodie venturam non puto. *Αλλ'
 ὡς κείτων τύχη ἀγαθῆ, εἰ τούτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, τούτῃ ἔστω, ἔ-
 μέντοι οἴμαι ἕξειν ἀπὸ τῆμερον.* & in Theage: *Ἐὰν μὲν πρὸ
 θεῶ φίλον ἦ, πάνυ πολὺ ὀπιδῶσεις, καὶ ταχύ.* & libro x. le-
 gum: *Τὰ μὲν ἔνθ' ἴ ἀρχαίων πέει, μεθείδω, καὶ χαίρετο, καὶ
 ὅτι θεοῖσι φίλον, λεγέσθω τούτῃ.* tale quoque est illud
 Æschyli: — *ὡς μάθῃ τί χεῖ*

Δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσι φράσσειν φίλα.

Sed & illa non dissimilia sunt: *Πελοδάμα σὺ μὲν ἐν ἔτ'
 ἐμοὶ φίλα τούτ' ἀρροφύεις:* & in Protagora: *εἴ σοι φίλον:* &
 apud Euripidem in Ione, *πρὸ θεῶ ἴδ' ἠὲ φίλον.* eiusdem-
 que generis alia. Sæpe autem monui, solitum Hora-
 tium, inspergesida scriptis suis Gracitate, salem eis ac
 Venerem quatere.

Platonis locus conuersus à Cicerone in Hortensio, in quo
 Marcellus leuiter lapsus est. CAP. XIII.

QVI aut aucupandæ inanis gloriolæ studio, aut
 conuincendi magis quàm docendi aduersarij
 gratia disputant; ij acriter virgere ac premere cum so-
 lent: neq. ferè, si quid ipse inconsideratiùs aut fallus,
 aut infitiatus est, mutandæ postea sententiæ potesta-
 tem facere. at qui veritatem modò in disputando spe-
 ctant, & docere eos cum quibus agunt, volunt, acquio-
 res liberalioresque sunt; neque ad viuum omnia refe-
 cant: sed si quid is quicum sermo est, dederit, cuius
 postea dati pœniteat; in eo non pertendunt, peruica-
 césue sunt: lubentibusque ipsis, corrigere se, qui sibi
 lapsus videtur, potest. Id se facere, cum significare
 vellet Socrates in Hipparcho, elegãti admodum simi-
 litudine

litudine vsus est, sumpta à ludo XII. scriptorum, his
 verbis: Ἀλλὰ μὴ κ', ὡς περ πεπρωτων, ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις
 ἀναθέσθαι, π βέλει ἢ εἰρημένον, ἵνα μὴ οἷη ἐξ απατάδης. quæ
 summi philosophi verba cùm à summo oratore Ro-
 mano in Latinum sermonem elegantissimè conuersa
 reperissem, non indignum id putavi, quod annota-
 rem. Citat igitur hæc Nonius Marcellus è Ciceronis
 Hortensio: *Itaque tibi concedo, quod in XII. scriptis sole-
 mus, ut calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet.* Mar-
 filius autem, qui locum illum Platonis ad ludum ta-
 lorum retulit, falsus videtur. Sed & in illo è Protago-
 ra, Ἀλλ' ἐπὶ κ' γ' ἴδον ἀναθέσθαι ἐξέστιν, & in primo πολιτείᾳ,
 ubi Polemarchus, aliter amicum & inimicum defini-
 re volens, quàm prius fecerat, ita loquitur: Ἀλλὰ μετα-
 θάμεθα. κινδυνόμεν γ' ἐκ ὁρθῶς ἢ φίλον κ' ἐχθρὸν θείσθαι: &
 alius similibus locis, facilè crediderim, metaphoram
 ex eodem illo XII. scriptorū ludo desumptam subesse.

Ciceronis locus, quem Silius eleganter imitatus est.

CAVIT XIII.

SILIVM Italicum poëtam, meo quidem iudicio,
 præstantem, Ciceronis apprimè studiosum fuisse,
 eiusque libros diligentissimè atque assiduisimè lecti-
 tasse, non modò Martialis, qui eius coæuus fuit, te-
 stimonio cognoscimus, sed multo magis ex eo intelli-
 gimus, quòd eum multa Ciceronis in poëma suam
 transtulisse, eaquè scienter admodum accommodasse
 ad illa, quæ tum tractabat, videmus. cuius rei exem-
 plum hic vnum proponere libitum est. Libro igitur
 septimo, cùm Q. Fabius Annibalem ludificando, &
 cunctando, & bellum trahendo frangeret; Romani-
 que milites pugnae avidi, & conserendarum cum ho-
 stibus manuum ingenti desiderio incensi, quidquæ

D 2 moræ

Ant. Mureti
 Varie Lectiones
 LIII
 25